

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Barisan of Ibelin. Confirmation deed drawn up in favour of the 'infirmis Sancti Lazari secus muros Jerusalem' dated 1148. OSML/MA: Ms. fol.16 verso

- Transcribed in: A. de Marsy [ed.]. Fragment d'un Cartulaire de l'Ordre de Saint-Lazare en Terre Sainte. Archives de l'Orient latin, Ernest Leroux, Paris, Vol.2, 1884, no.II, p.121-163
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLJ, Malta, 2011

1148 Kingdon of Jerusalem	Barisan of Ibelin, with the consent of his sons Hugues and Baldwin	Confirmation of the donation of ten carucates of land situated outside the walls of Jerusalem to the sick of St. Lazarus made by Reinier of Rama, Barisan's stepbrother.
---------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

*In honore sancte et individue Trinitatis. Universis sancte Dei ecclesie orientalis
filii tam futuris quam modernis innolescat, quod Reinerius de Ramis dedit ac libere
cum jure perpetuo concessit infirmis Sancti Lazari secus muros Jerusalem * x. caruatas
terre in territorio casalis quod Galleri de Bulion nuncupatur, pro animabus patris sui ac
matris, fratrum suorum, necnon parentum consequentiumque omnium defunctorum
fidelium, quod donum, ut ratum necnon inexpugnabile imperpetuum duceretur,
prememoratus dominus Reinerus disposuit ac disponendo concessit, coram domina
Stephania matre ejus, et me, Barisano, Hugone quoque at Balduino, filiis meis,
nepotibusque ipsius, coram etiam domina Ysbella, uxore sua atque muliere mea, sorore
ejus, et aliis quampluribus subscriptis, omni occasione ac fraudulentia ut prefatum est
exclusa, universis nobis presentibus consentientibus ac collaudantibus. Hoc igitur
peracto, cum scripto sigillique sui impressione, ne velutatis errore deleri posset,
corroborare dispossuissemus, morte preoccupatus in miserabili presentis vite metas
transgressus est. Ego itaque Barisanus, et Hugo, ac Balduinus, filii mei, ex honore
prefato successores ejus, nos fragilis mortalisque conditionis in hac vita cognoscentes,
universa quoque mundana caduca atque transitoria computantes, hiis decem caruatas
duas libertate prefinita desuper adhibentes supreditis Sancti Lazari infirmis et
successoribus suis, pro ejus anima ceterorumque, ut ipsemel Reinerius perinde ac
pridenter predestinavimus, et coram nobis karitate indulsa perhenni traditione concedimus.
Ut etiam veritati pre omnia adhereamus, in casali de Buflis has duas caruatas illis
ipse dederat; nos autem inopie eorum presertim pro ejus anima consulentes, in predicto
casali Galleri de Bulion justa alias * x., ita ut in uno tenore et similes sint, eas illis
stabilitate sempiterna damus. Quod ut ratum ac inrefragabile cuncto hujus vite curiculo
per omnes posterorum nostrorum generationes permeneat, ego Barisanus, sigillo meo
carens, et paratis differire sepe nocuum fore non ambigens, consilio ac petitione sepe*

Order of Saint Lazarus: Primary sources

nocuum fore non ambigens, consilio ac petitione assentium subscriptor testium, impressione sigilli militum qui de Templo nuncupantur, premunire et confirmare feci per manum domini Petri, fratris alque capellani eorundem militum.

Hujus itaque donationis testes sunt : Arnallus de Sangien; Guerricus de Fumel; Arnulfus de Salinis; Balduinus Latro; Buimundus; Galterius de Sancto Quintino; Galterius Flamengus; Balduinus de Treis Besaces; de fratribus militie Templi: predictus Petrus, capellanus; Andreas de Muntbar, dapifer ejusdem; frater Johannes de Barris; frater Willelmus de Rocha; frater Radulfus conversus; frater Thomas Hernium; frater Lenonus, et ceteri quamplures quos enumerare lediosum foret. Omnes igitur hanc donationem, ut superius concessum, est ad sustentationem pauperum infirmorum, & manuteneentes vel corroborantes Dei benedictione perpetuo felciantur! Si quis vero illam infringere aut conturbare presempserit gehenne ignis incendio affligatur, nisi correctioni et emendationi se subiciat. Hec carta fuit composita et infirmis Sancti Lazari per manus prememorati domini Petri, capellani et fratris militie Templi, tradita anno ab Incarnatione Domini MCXLVIII.